

vitalis vetant. Hoc voluit dominus, cū dixit. Quod autē in spinis cecidit, hi sunt, qui cū audiunt, eunt. s. a loco p̄dicationis, suffocantur à sollicitudinibus, diuitiis, & voluptatibus vitæ, & nō referunt fructum. De istis membris am bobus simul hēda dicit, Sunt, qui auditi verbi & vtilitatē probant, & desyderium gustant, sed ne ad hoc, quod probant, perueniant, alios huius vitæ aduersa ferendo, alios prospera blandiēdo retrahunt, & retardant. De primis dicitur, qui super petrā. De secundo, q in spinis. De tribus p̄dicitis dicit Cry solt. vt in breui p̄ra cōprehendam. Hi quidē tanquā negligentēs audite, hi tā quam delicati, & debiles, hi verō tanquā ferui facti voluptatis, & ferū mundi, à bono desistunt. Bonus etiā est ordo viæ, petræ, & spinarum. Opus est enim primō memoriæ, & cautelæ, deinde fortitudinis consequenter contēptus p̄sentium. Diceret aliquis. Quis fatuus agricola semen proiceret in viam, vel supra petrā, aut inter spinas? Sic p̄dicator insipienter facere videtur, si p̄dicaret indocibilibus, & indispōsitis, quales hic significantur. Nō. n. sunt margaritæ proiciendæ ante porcos. Respōdetur dupliciter. Primō q non dicitur hic, qd seminās proiciat aliud secus viam, & c. sed dicitur, semen cecidit, aliud secus viam & c. Sic p̄dicator in tendit p̄dicare, non ineptis, sed ipse facit, quod in se est p̄dicando. Et si verbi recipitur sic, vel sic, illud est ex parte auditoris. Alio modo dicitur secundum Chryl. quod increpandus esset agricola, qui supra sensibiles spinas, vel petrā vel viam seminaret, non. n. est possibile petram terram fieri, nec viam nō esse viam, aut spinas non esse spinas. In rationalibus hominibus verō secus est.

Postibile est. n. petram conuerti in terram pinguem, & viam non conculcari, & spinas dissipari. Et ideo non est inutile p̄dicare etiā malis, vt fiant boni. Quantihabent se per modum terræ bonæ cultæ, & mandatæ à spinis, tribulis, & aliis nociuis, & quod corda tallium sūt culta exercitiis virtuosis, &

mundata perturbationibus sollicitudinum, & immundarum cogitationum, ac malarum affectionum, & ab amore mundanorum. Sicut ergo semen profectum in talem terram bonam figit radices, & germinat herbam, crescit, & fructificat in abundantia, sic semen verbi Dei in tale cor cum gaudio susceptum, figitur in eo, & memoriter retinetur, & germinat bona desideria, & propositum firmum, quod etiā in prosperis & in aduersis retinet, & producit vsque ad fructum bonarum operationum, & retributionis eternæ.

Et nota, quod illos, qui sunt significati per terram bonam, & in quibus semen verbi Dei abundanter fructificat, oportet habere conditiones oppositas p̄dicitis, quæ significantur per viam, petrā, & spinas. Oportet enim illos memoriter retinere verbum susceptum, & caute custodire ne dæmones tollat per malas immisiones tollant de cordibus eorum, alter eis non profect, sicut nec cibus reiectus. Vnde Gregor. in homil. hodierna, Verba Dei, quæ aure percipitis, mente retinete, est enim sermo Dei cibus. Sicut cibus stomacho languente reicitur, sic quando sermo auditus in ventre memoriæ nō retinetur.

Sed quisquis alimenta non tenet, profectō de eius vita desperat. Eternæ igitur mortis periculum formidate si cibum sanctæ exhortationis accipitis, sed verba vitæ & alimenta iustitiæ in memoria non tenetis. Oportet igitur memoriter tenere verbum Dei, Et hoc est contrarium illis, qui secus viā, vbi venit diabolus, & tollit verbū Dei. Secundo oportet illos esse firmatos in patientia, vt scilicet aduersa lætenter sustineant, aut cum tam moderata iustitia, vt propter ea nec male faciant, nec ab vno cuius propositū ex Dei verbo conceperunt, desistant, & hoc est contrarium de illos, qui supra petram, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Sicut enim calamus, qui exurgit de semine supra petrā, tenuis est malè radi-

Cur p̄dicatores indispōsitis p̄dicat

q dicitur
vbi dicitur
vbi dicitur
vbi dicitur
vbi dicitur
vbi dicitur
vbi dicitur
vbi dicitur
vbi dicitur
vbi dicitur

ad hunc
ad hunc
ad hunc
ad hunc
ad hunc
ad hunc
ad hunc
ad hunc
ad hunc
ad hunc